

Folium officiale Dioecesis Lavantinae.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese.

Inhalt. 60. Litterae pastorales a Praesule, quintum episcopatus sui lustrum prope diem complente, ad clerum Lavantinum dimissae. — 61. Inthronisierung Seiner fürsterzbischöflichen Gnaden des

Hochwürdigsten Herrn Dr. Balthasar Kaltner, Fürsterzbischofs und Metropolitens von Salzburg. — 62. Diözesan-Nachrichten.

60.

Litterae pastorales a Praesule, quintum episcopatus sui lustrum prope diem complente, ad clerum Lavantinum dimissae.

MICHAEL,

Dei grata miseratione Princeps-Episcopus Lavantinorum,
venerabili clero pacem et salutem omneque bonum in nomine Domini!

Adiuvantibus et vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum personis eius, quae in nobis est donationis, per multos gratiae agantur pro nobis. (II. Cor. 1, 11).

Venerabiles fratres ac filii dilecti!

Saeculi quadrans evolvitur ab inito munere meo episcopali, quo suscepto salutaris ad vos direxi litteras, quibus vobis notificavi proprium programma pro exercendo sacro officio pastorali simulque vestrum suffragium atque auxilium pro capta provincia adeo gravi expostulavi.¹

Recordatio facti huius laetabilis tenerri-
mis grati animi sensis erga Deum replet cor
meum, quoniam intime persentisco, in magnis
multisque operibus perfectis nihilum propriis

meritis, sed totum Dei pie miserationi esse
adscribendum. Potentissimo ac clementissimo
Deo trinouni ergo sit omnis laus, honor et
gloria in saecula saeculorum!

Hacce haud parvam vitae meae portionem
efficientis temporis intercapedine, pro instabili
humanarum rerum conditione, multa accide-
runt cordi meo gravia et amara, verumtamen
plura grata et suavia.

Vigesimumquintum anniversarium ab inito
episcopatu meo proxime celebraturus,¹ haud


¹ Ad solvendas quaestiones circa sollemnia iubila-
ei adventantis iam propositas et ad praecavendas alias in-
terrogationes hicce praenotatur dies celebrationis me-
morati semiiubila-
ei episcopalis, quae erit feria III. post
Dominicam XVII. post Pent. seu dies 29. mensis Sep-
tembris anni dilabentis 1914. Cum respectu ad nomi-
nationem die 27. Septembris 1889 factam praefixa dies
memorialis incidit iam in annum iubilarem impletum.
Posterior festivitas importuna apparet ob frigus ingra-
vescens.

¹ Send- und Lehrschreiben. Marburg, 1911. Pagg.
7 — 24. — Pastirski listi. V Mariboru, 1906. Pag. 6—22.

indignum et incongruum, sed aequum ac salutare fore spero, vestris, venerabiles fratres, obiicere oculis, quae tanto temporis cursu nobis evenerunt tristia quaeque grate affecerunt viscera mea cordaque tetigerunt vestra.

In Domino Deo confido, vobis pro eo, quem omni oblata occasione demonstrastis, fraterno filialique erga me affectu, hanc rem minime ingratam, sed frugiferam esse futuram. Alias litteras ad populum fidelem tempore opportuno daturus sum.

Venerandi fratres ac filii!

nter ea, quae quinque lustrorum sacri principatus fluxu aegre afficiebant animum meum quaeque vos quoque mecum aegre ferebatis, praeprimis recenseo, religiosae pietatis ac moralitatis statum in populo, nostrae curae pastoralis concredito, non omnino respondisse desideriis votisque nostris. Haud raro observavi in quibusdam amplissimae dioecesis partibus se manifestantem negligentiam in frequentando cultu divino, in auditione verbi Dei, in missione iuventutis ad institutiones catecheticas.

Modo dictis addo haud minores a lege divina vitaeque christianae perfectione aberrationes. Insuper commemoro immoderatum spirituosorum usum, luxuriae inquinamenta, violentias varias, detestabilem blasphemandi consuetudinem. Item consigno crebriores rixas, litigandi cum proximo studia, pruritus sibi ad invicem nocendi clamque palamque. Quae, ut equidem mihi persuadetur, non postremae causae sunt multarum non solum moralium, verum etiam socialium calamitatum nostrarum.

Magna consimili modo moestitia afficiebat actuque afficit cor meum commiseranda, magis in dies invalescens rerum ad religionem sacram spectantium indolentia atque practica, ut ita dicam, incredulitas. Pernicies haec in oppidis maioribus potissimum grassatur atque eam plerumque invasit hominum classem, quae altioris culturae laude solet gloriari. Inde fit,

ut salubris ieiunii et abstinentiae ecclesiasticae disciplina parum observetur in hoc concivium genere, ut pauci tantum sacramenta poenitentiae et sanctissimae Eucharistiae frequentent, perpauci pabulum verbi divini appetant, sacrosancti Missae sacrificii auditioni diebus Dominicis et festivis interveniant.

Et si homines idgenus sollemnitatis cuiuspiam ergo aut convenientiae gratia intersunt sacrae functioni, sese ita gerunt, ut vix aedificationi sint plebi fideli cunctisque, nec dum fide ac omni religionis sensu exutis. Profecto! Lamentatio mea desuper facta in primis litteris meis festalibus hodiedum incipi potest: „Amare deplorandum, quousque hac in parte devenimus. Quanta negligentia et inadvertentia atque ignavia plurifariam reperitur in re tanti momenti! Fratres amantissimi, moliamur omni zelo pastoralis, ut diligenti observatione tertii praecepti decalogi et primi Ecclesiae ab omnibus glorificetur Dominus!“¹

Profanatio dierum sacrorum, vilipensio sacramentorum et contemptio verbi divini moerore me et dolore vos cooperatores in vinea Domini et luctu omnes sinceros patriae amatores replere debent, quum cuncti non possint non perspicere, quod succusa religione, sola et unica hac vere solida humanae societatis basi, omnia in peius ruere sit necessarium.

De acerbis tractans, reticere non possum amaritudinem, in qua anima mea fuit, quum etiam intra septa sanctuarii tales reperissem, qui vel non responderent sacri sui muneris partibus, vel in vita sacerdotali minus probabiles se exhiberent, praepositis suis subdole adversarentur, vel vero plane a virtutis tramite sic deviant, ut seriis ad sacrorum canonum normam subiici debuerint hortamentis. Aperte fateor, in Christo carissimi, nihil dari in tanta tribulationum multitudine, quod acrioribus cor meum pungere possit ictibus, quam dum viros, sublimissimo altaris ministerio consecratos, vocationis suae oblitos lugens conspicio.

¹ Op. cit. Pag. 15.

Mundi moralis namque putredo vix vixque posset tales facere progressus, si illi, qui ex institutione divina sal esse debent terrae, eidem non succumberent corruptioni. Tenebrae iniquitatis augentur et magis condensantur, si etiam eorum, qui lux esse obligantur mundi quive propterea sunt positi super candelabrum, ut luceant omnibus, qui in dioecesi sunt, obfuscet splendor aut plene deficiat. Neminem sane illud fugit, vel secundas vel adversas Ecclesiae res magnam partem ab ipsius administrorum pendere moribus multoque plus ad animarum salutem unum proficere sacerdotem, qui recte in officiis ambulat, quam plurimos, qui claudicaverunt a semitis suis. (Ps. 17, 46). Re sane vera, sacerdotum vita exemplaris est antemurale adversum immoralitatem mundi!

Disserens de ingratis semiiubilaei mei episcopalis vicissitudinibus, sileo iteratas nec leves nec vitae discrimine carentes meas infirmitates, quum hae valetudines meam solummodo personam concernant, sed mirae Dei benignitati grates defero debitas et humillimas, quod in provectiore aetate mea sic mentis et corporis mei vires conservare dignata est, ut adhucdum defungi valeam incumbente mihi munere, cuius onera angelicis quoque humeris a sacrosancto Concilio Tridentino (sess. VI. cap. 1. de reformatione) formidanda praedicantur. Exsultavit cor meum in Domino et exaltatum est cornu meum in Deo meo! (I. Regg. 2, 1).

At longe maioris sunt ponderis illae, quibus toto, de quo mihi sermo est, tempore dioecesis nostra quoad correlationes internas exposita fuit, motiones nationales. Equidem sic me natura sentio comparatum, ut nihil refugiam magis quam influere in turbidas politicarum rerum pertractationes variaque partium invicem semet impugnantium studia. At vero pro conditione officii mei pastoralis influxum nullo modo valui declinare, qui ingratas sensationes et inquietudines in animo meo suscitavit. Ad omne moderationis stu-

dium purissimamque sane intentionem impossibile mihi fuit, impetus evitare iniuriosos. Pravi retribuerunt mihi mala pro bonis. Nonnumquam potuerim cum psalte patiente conqueri: Factus sum adversantibus in parabolam. (Ps. 68, 12). Huiusmodi impia impropria et opprobria dira non raro vulneraverunt cor et corpus meum, ut emarcuerim. Sed in Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo. (Ps. 55, 11). Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo? (Ps. 26, 1).

Aestuantes passionum fluctus nondum compositi putari queunt, qui status ingrate tangit spiritum meum. At plene mihi persuasum teneo, res controversas rite constitutum iri, quum plena coeperit regnare inter dioecanos sincerae fiduciae reciprocitas. Singulorum familiarum sors tunc demum prospera est, dum inter familias membra harmonia obtinet ac mutua viget beatae pacis tranquillitas.

Res nationales feliciter coordinantur et stabiliuntur super fundamento sobriae nationalitatis veraeque libertatis, salva semper monarchica dignitate, securitate et integritate. Immo vero, nationes desinent misere inter se dissidere seseque veluti hostes impugnare, si religionem christianam sincere et integre colent, quae mutuam caritatem iniungit et inter diversas gentes medium parietem macteriae solvit inimicitias. (Ephes. 2, 14). Dissensiones ac divisiones inter incolas unius eiusdem dioecesis mihi sat sufficientes pariunt inamoenitates, ac utinam non pro posteritate nostra plane amaros ferant fructus!

Magnum cordi meo moerorem incessanter incussit lugubris status Ecclesiae, communis christianorum matris et magistrae, ex tot tantisque summo eius Capiti illatis iniuriis promanans. Immortalis memoriae Papa Leo XIII. et nunc gloriose gubernans regnum Christi in terris Pontifex Maximus Pius X. impiis ausibus impetiti iuste sane saepius conclamare poterant cum vate magno Isaïa: Et terra infecta est ab habitatoribus,

quia transgressi sunt leges, mutaverunt ius, dissipaverunt foedus sempiternum. (Is. 24, 5).

Ideoque cohortor vos hac opportunitate et impense rogo, perdilecti, ut et piis ad Patrem coelestem suspiriis et conquirendis colatisve quisque pro modulo suo propriis quoque subsidiis afflictam beatissimi Patris nostri Pii PP. X. sortem alleviare strenue adnitamini! Vere perenni obstringimur Suae Sanctitati gratitudine, quod praeclaro illo dicto Paulino Instaurare omnia in Christo tam intrepide tueatur catholicam religionem, propugnat veritatem et iustitiam, tam efficaciter propagat regnum divinum in terris. Vera humani generis cultura et civitas sine fide romano-catholica subsistere nequit. Desinant idcirco iniquitates, contra Sanctam Sedem hucusque exhibitae!

Hisce prolatis absolvuntur, quae de ingratis transacti temporis mei vicibus vobis, coaevis adiutoribus meis fidelibus, innuenda existimavi eum in finem, ut ex eis quaedam scholiorum adinstar in propriam utilitatem conversuri sitis. Impraesentiarum vero gratias persolvamus Deo, moerentium consolatori, pro acceptis beneficiis tribulationum et afflictionum nec non pro virili fortitudine, quae eas feliciter superaverimus. Utinam pro Deo aspera semper pessi fuisset!

In Deo dilecti fratres et filii! Vos et contristamini et consolamini simul, vos et condoletis et congaudetis una mecum. Transeamus igitur, consideratis ingratis et oblivioniam datis, ad laetiora et iucundiora obiecta transacti in episcopatu temporis mei! Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuae laetificaverunt animam meam. (Ps. 93, 19).

Inter delicias meas spirituales primum obtinet locum laetitia, quod fides catholica: sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, nostrae salutis initium, fundamentum et radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est ad filiorum

Dei consortium pervenire, huius quadrantis saeculi cursu firma et inviolata perstiterit in dioecesi Lavantina nec sensibilia passa sit detrimenta, immo nonnulla etiam ceperit incrementa, conversionibus aliorum iudaeorum gentiliumque factis. Defectiones personarum, quae temporalium commodorum potius quam aeternae suae salutis rationibus ductae vel vero a fautoribus sic cognominatae apostasiae a Roma seductae fuerunt, compensationem nactae sunt in ampliori numero eorum, qui divini Spiritus gratia operante catholicae fidei agnoverunt veritatem inque maternum Ecclesiae sinum, cui infelici antenatorum suorum facto erepti fuerant, redierunt. Item complures decepti et in errorem seducti a fide catholica, a vero ovili apostatae, mox reconciliati sunt Ecclesiae romanae. O bone Deus, amor meus! Superabundante iniquitate aperuisti et effudisti diluvium gratiarum in remedium hominum.

Hanc conservatae in dioecesi nostra fidei integritatis prosperitatem pro eo maiori divinae bonitatis charismate debeo reputare, quo periculosiora, multipliciora infestioraque sunt arma, quibus tempore nostro oppugnetur eadem sacrosancta fides eiusque matrix et conservatrix: una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia. Et sicuti dulce dehinc in pectus meum redundat gaudium, ita ad immortales pro praetioso dono Numini supremo gratias agendas me sentio libenterque nos omnes profiteor obligatos.

Quam in rem sacram promovendam haud parum contulerunt quinque Synodi dioeceseanae, annales conferentiae pastorales, perpetua adoratio Sanctissimi ex voto tertiae Synodi anno 1904 introducta in universa dioecesi, praeterea numerosae congregationes et societates pie, praecipue autem populares illae missiones, quae per totum tempus praesulatus mei singulis annis in variis parochiis fuerant institutae, quas pro viribus continuandas sum curaturus. Ad felicem istam a me memoratam dioecesanorum in catholica fide, quae est radix

in homine coelestis vitae et fundamen, quo tota christianae perfectionis tamquam fabricatio nititur, firmitatem ac constantiam post divini Numinis gratiam apostolicis vestris et laboribus et sudoribus angoribusque, in Christo carissimi, in acceptis referendam esse intime persuasus sum.

Peritia porro incredibilem in corde meo excitavit voluptatem, laetatum est cor meum et exsultavit lingua mea (Ps. 15, 9), quod clerus Lavantinus vigil digne sua vocatione ambulat, invicta cum patientia portat pondus diei et aestus, in explendis gravis sui muneris officiis et in procuranda aeterna animarum salute fervore zeloque apostolico laborat atque insudat. Quam salutarem contentionem vestram, cari curiones, gloria nostra et gaudium (I. Thess. 2, 20), summis grati animi affectibus in praesenti recolo et in futuro recolam, iugiter deprecando Deum, ut vobis suae dona gratiae largiatur ubertim.

Magnam aequae cepi laetitiam ex eo, quod tot ecclesias noviter exstructas aut congrue ampliatas et convenienter restauratas consecrare potuerim. Inter quae sanctuaria eminent dilecta sponsa mea et matrix dioeceseana, ecclesia cathedralis, tum intra tum extra apte renovata venusteque decorata. Item enitet ac excellit basilica Matris misericordiae Marburgi erecta, quae sua amplitudine, ornamentorum magnificentia et aptitudine ad suscitandos et alendos in cordibus precantium pios adorationis supremi Numinis et venerationis beatissimae et gloriosissimae semperque virginis Mariae sensus fulget.¹ Specialem commemorationem merentur parochialis ecclesia beatae Mariae sub titulo Immaculatae Conceptionis Reichenburgi magnifice aedificata et festo Visitationis B. M. V. decur-

¹ Dr. Michael Napotnik, Privilegia, quibus gaudet suburbana parochialis Ecclesia beatae Virginis Mariae, matris misericordiae. Marburgi, 1907. 8°. 41 pagg. — Idem, Die Basilika zur Heiligen Maria, Mutter der Barmherzigkeit, in der Grazervorstadt zu Marburg. Marburg, 1909. 2. Aufl. 8°. Pagg. 538.

rente anno a me sollemnissime consecrata,¹ porro templum s. Ioannis Bapt. in Čadram, fanum s. Bartholomaei in Vojnik, aedes s. Pauli in Pragwald, s. Ruperti in Videm aliaeque quam plurimae, ad quarum exstructiones dioeceseani hilariter pro viribus suis contribuerunt. Hoc sub intuitu permultum profuerunt uniones, pro renovandis vel vero aedificandis locis sacris institutae.

Inter eventus cordi meo iucundos refero amplius, quod seminarium puerorum dioeceseanum, Victorinum-Maximilianum nuncupatum, ita sit comparatum saltem in genere, ut desideriiis, quae sobrie foveri possint, respondeat. Subsistentiae media et status instituti materialis pro praesenti quidem sufficiunt. Puritas morum irreprehensibilis et spiritus pietatis, quo iuvenes animantur, laudabilis. A seminario dependet sacerdotum excellentia atque adeo felix populi sors. Hinc est, quod sacrosanctum Concilium Tridentinum tantam circa debitam seminariorum ordinationem exeruerit sollicitudinem. Propterea et tenuitas mea totis viribus et nervis connititur, ut novum studiosae iuventutis viridarium aedificetur Celeiae, ubi duo c. r. gymnasia exstant.

Suave solamen cordi meo ingeneravit ac peperit paritque seminarium maius sive clericorum, quod est cor dioecesis, pariter ampliatum et quidem aedificio veteris c. r. gymnasii, pro quo nova domus fundata fuit. Seminarii status prosper dicendus est ob bonam disciplinam domesticam, ob studium sacrae Theologiae indesinens, ob genium alumnatus haud saeculare et mundanum, sed ecclesiasticum et sacrum. Affluit ecclesia Lavantina sacerdotibus, qui probe doctrina ac virtutibus idoneis instructi, sic

¹ In perpetuam singularis festivitatis memoriam Consecratori dono dedit aedificator pretiosam effigiem, manu artificiose pictam, repraesentantem novam basilicam Marianam cum inscriptione: „Ecclesia Reichenburgensis B. M. V. de Lourdes, quam Michael, Princeps-Episcopus Lavantinus, XXV. sacri principatus anno sollemni ritu consecravit II. Iulii MCMXIV.“

aliorum saluti serviant, ut suae non capiant detrimentum! Pro quo dono coelesti iuxta votum in Synodo dioecesana, anno 1903 habita, emissum oravimus et oramus et orabimus.

Item dulce lenimen ac levamen mihi crearunt et creant instituta sororum piarum scholarum, tum intra dioecesim tum extra propagata et mirum in modum florentia. Celebris congregatio sororum scholarium, parvula in agro Dominico quondam plantula, brevi hoc temporis spatio in arborem excrevit, varias in partes lateque ramos suos protendit ac saluberrimos religioni et dioecesi et patriae fructus profert. Ista vere christiano-catholica prolium educatio, cui tota virium contentione incumbunt s. Francisci Assisinensis filiae spirituales, fons est beneficiorum feracissimus, quorum amplitudo clare patescit, quum puellulae, tam praestantem educationem nactae, matres evadant et hausta in iuventute salutaria principia in suorum natorum corda instillant.

Aequalem laetitiam pararunt parantque mihi cuncta religiose administrata monasteria utriusque sexus, item pie confraternitates et congregationes, sodalitia opificum, operariorum, iuvenum. Haec instituta sunt in aestimabilis pretii hac praesertim aetate nostra, qua irreligio omnisque generis impietas totum videtur velle mundum inundare. Equidem gaudeo de felici successu organisationis catholicae in perampla dioecesi. Salutiferae societates catholicae magna industria eriguntur et bene diriguntur.

Silentio praeterire curas ac sollicitudines nequeo, quas membra conferentiarum inclyti s. Vincentii a Paulo et sociae diversarum societatum, ad officia excolenda christianae caritatis constitutarum, exhibuerunt pauperibus omnis generis. E scita et sollerti hac cura vix credibilis utilitas manat in humanam societatem. Magna namque cum sui sacrificio impensa opera non ad solas se restringit corporis indigentias, sed ad ea etiam extenditur, quae ad statum pertinent animae, quae morum

inducere possint emendationem, praeservare a relapsibus.

Perquam gratum valdeque iucundum accidit cordi meo, quod decursu viginti quinque annorum a reditibus episcopatus mei, suffragante divina benedictione, profluentibus potuerim aliquas deputare numerum summas in sacros provehendae divinae gloriae promovendique cultus religiosi fines, item in alleviandam deficientium fratrum nostrorum, itidem studiosae iuventutis denique pauperum in variis parochiis existentium sortem miseram. Consimili modo contuli denarios ad scientificam culturam provehendam inter adamatos pervetustae dioecesis habitatores per bonos libros, egregia folia periodica, utilia diaria, per sarta tecta rerum antiquarum et artificia-
lium.

Fratres venerabiles ac filii dilecti!

Respectu habito ad allata laetus iubilo cum ancilla Domini et matre mea Maria: Magnificat anima mea Dominum! Et concino cum sancto sacerdote Zacharia: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae!

Atvero, germani compares (Philip. 4, 3), licet annorum, quibus excoluimus vineam Domini Lavantinam, series sit magna, perpauca absolvimus et nostri est, ut maiora perficiamus, ut manipulos et fructus uberiores de agro et horto Dei Lavantino congregemus in horreum et in calathum accipiamus competentem mercedem, quam paravit Dominus servis bonis et fidelibus. (Luc. 6, 23). Quo vis momento debemus esse parati, ut, dum veniet Dominus, reddamus rationem villicationis nostrae. (Luc. 16, 2).

In rebus bene actis omnis pars tribuenda Deo, postea benevolentiae hominum in acceptis referenda. Faustos et nefastos eventus ovanter obtuli, offero et oblaturus sum Deo, diviti in misericordia. Omnia facta gratissimo

erga divinam bonitatem pectore recolo simulque auxilium imploro ad residuos vitae nostris dies. Deus Dominus fortitudo mea! (Hab. 3, 19).

Postero quoque tempore Deo dante pro salute hominum mihi creditorum aeterna cum ardore laboraturus sum, in cunctis agendis et tractandis doctrinam ac legem sanctae Ecclesiae ex conscientia servando et perpetim Deum obsecrando, ut catholici orbis magistro et duci, cuncta in Christo instauranti, ad consummandum opus propitius annos fortunet! Erga Maiestatem Suam Apostolicam pariter in officio obedientiae et amoris manebimus atque Regem regum iugiter exorabimus, ut Imperatorem nostrum semper Augustum Franciscum Iosephum, hoc nomine Primum, patrem patriae, auctorem publicae pacis et vindicem iustitiae, salvet et felicitet!

Id eo ferventius praestabimus, quum sua caes. ac reg. celsitudo, serenissimus archidux Austriae-Este Franciscus Ferdinandus, throni heres, religionis catholicae pius cultor ac fautor, una cum sua egregia coniuge, celsissima ducissa Sophia de Hohenberg, in urbe Sarajevo nefasto die 28. Iunii volventis anni violenter e vivis sublatus nostraeque spei nefarie sit ereptus.

Attoniti tanto facinore eiusque horrendis sequelis, comittendo nos divinae providentiae, enixim supplicaturi sumus pro animabus serenissimorum principum nec non pro tota avita dynastia Habsburgica, quam Deus Optimus Maximus conservet sospitem ad pacem et columnen patriae nostrae nostraeque Ecclesiae catholicae!

In Deum, qui me ex multimodis in episcopatu ortis aerumnis et adversitatibus eripuit atque magnis consolationibus cumulavit, inconcusse spero, quoniam et adhuc eripiet et cumulabit. In gratiarum actione adiuvate me etiam vos, fratres mei carissimi et desideratissimi (Philip. 4, 1), ut pro acceptis multis donis per multos gratiae reddantur bonorum datori, Deo! Adiuvantibus et vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum personis eius, quae in nobis est, donationis per multos gratiae agantur pro nobis. (II. Cor. 1, 11).

Praesentis epistolae pastoralis finem facio cum urgente voto: Sine intermissione oremus pro invicem, ut omnes omni benedictione coelesti et gratia repleamur per Christum Dominum nostrum! Amen.

Datum Marburgi, festo s. Iacobi apostoli, die 25. mense Iulio anno reparatae salutis 1914.

† Michael,

Praesul Lavantinorum.



Inthronisierung Seiner fürsterzbischöflichen Gnaden des Hochwürdigsten Herrn Dr. Balthasar Kaltner, Fürsterzbischofs und Metropoliten von Salzburg.¹

Festpredigt,

anlässlich der Inthronisierung des Hochwürdigsten Herrn Fürsterzbischofs und Metropoliten Dr. Balthasar Kaltner gehalten in der Metropolitankirche zu den Heiligen Rupert und Virgil am fünften Sonntage nach Pfingsten als am Feste des kostbarsten Blutes unseres Herrn Jesus Christus, den 5. Juli 1914.



Gloria in altissimis Deo!
Et in terra pax hominibus bonae voluntatis! Ehre sei Gott in den Höhen! Und Friede den Menschen auf Erden, die guten Willens sind! (Luc. 2, 14).

Im Herrn andächtig Versammelte!

Dominus dedit. Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum! Der Herr hat es gegeben. Der Herr hat es genommen. Der Name des Herrn sei gepriesen! (Job 1, 21).

Als ein gefeierter Fürst des grauen Alters, der große Dulder Job, die Trauerkunde von dem jähen Tode seiner sieben Söhne und seiner drei Töchter — erfolgt durch den gewaltigen Einsturz des Hauses — erhielt, da erhob er sich, zerriß seine Kleider, warf sich dann auf die Erde und befete: Der Herr hat es gegeben. Der Herr hat es genommen. Der Name des Herrn sei gepriesen!

In Nachahmung dieses verehrungswürdigsten Beispiels beugen auch wir unsere Häupter vor der grauenvollen Katastrophe, die das Herz Österreichs verwundet, die unseren allgeliebten Subelkaiser, das allerhöchste Kaiserhaus, unsere allhehrwürdige Monarchie, ja die gesamte gesittete Welt

unfagbar hart getroffen. Der Herr hat uns den ausgezeichneten Erzherzog = Thronfolger Franz Ferdinand von Osterreich = Este mit höchstseiner frommen Frau Herzogin Sophie von Hohenberg gegeben. Der Herr hat sie uns genommen. Des Herrn Name sei gebenedeit!

Den verewigten Erzherzog und die verblichene Herzogin laß der Herr im Frieden ruhen und ihnen das ewige Licht leuchten! Dafür haben wir gramgebeugt gebetet und wir werden noch beten. Gott stirbt nicht. Auf ihn bauen und vertrauen wir unentwegt. Aus der Tränensaat dieses Jahres wird eine herrliche Frucht ersprießen. Gott wird uns alle trösten und stärken.

Indes, alles hat seine Zeit, omnia tempus habent, lehrt der alttestamentliche Prediger, der weiseste der weisen Könige. Est tempus flendi et tempus ridendi. Weinen hat seine Zeit und das Sichfreuen hat seine Zeit. (Eccle. 3, 1. 4). Wir haben seit dem verhängnisvollen 28. Juni, an dem wir vom Schmerz durchwühlt rufen konnten, wie einst David über die Ermordung Abners wehgeklagt: Wisset ihr nicht, daß heute ein Fürst in Israel gefallen ist (II. Regg. 3, 38), bis gestern dem 4. Juli geweint und getrauert. Die Musik ist verstummt, überall wehten schwarze Fahnen. Ganz Osterreich = Ungarn ist ein Trauerhaus geworden. Und in der Brust der Besten

¹ Zur bleibenden Erinnerung an die erhebende Festfeier der Inthronisierung des neuen Metropoliten der Salzburger Kirchenprovinz möge zu Nuß und Frommen der Lavanter Diözesanen die bei diesem Anlaß gehaltene Ansprache anmit veröffentlicht werden.

und Edelsten flossen Tränen sonder Zahl. Für heute trete aber an die Stelle der Trauer die Freude!

Vielgeliebte im Herrn! Bei der Ankunft des heißersehnten Messias sangen die Engelscharen über den Gefilden Bethlehems: Gloria in altissimis Deo! Et in terra pax hominibus bonae voluntatis! Ja, gloria Deo et pax hominibus! Mit vieler Freude habe ich diese geheiligte Stätte stets betreten, wenn an mich der gemessene Auftrag, die ernste Einladung erging — so anlässlich der ergreifenden Konsekration eines Suffraganbischofs am 31. Dezember 1893, so gelegentlich der feierlichen Palliums-Ubergabe an den Fürsterzbischof und Metropolitan Dr. Johannes Bapt. Katschthaler am 13. Jänner 1901, desgleichen aus Anlaß des silbernen Jubiläums des hochbedeutsamen katholischen Universitätsvereines am 24. Oktober 1909 und vornehmlich anlässlich des denkwürdigen V. marianischen Weltkongresses am 19. Juli 1910.

Mit wahrer Herzensfreudigkeit bin ich auch das fünfte Mal der gütigen Einladung zu einer kurzen Ansprache gefolgt und grüße nun alle am hohen Feste des kostbarsten Blutes unseres Herrn Jesus Christus in diesem Erzdome Versammelten mit einer Beseeligung, wie ich sie selten empfunden. Mit freudiger Aufmerksamkeit haben auch die geliebten Zuhörer mich alle Male vernommen. Aber ein inneres Beglücktsein, das ich heute in ihren Augen sehe und lese, habe ich noch nie darinnen gelesen. Es kommt mir vor, als ob jedem Munde das Subelwort sich entwinden wollte, das einstens über Bethlehems Fluren erscholl: Gloria in altissimis Deo! Et in terra pax hominibus bonae voluntatis! Ehre sei Gott in den Höhen! Und Friede sei den Menschen auf Erden, die guten Willens sind, an denen Gott sein Wohlgefallen hat! Fürwahr! Die Glorie Gottes wird durch den neuerwählten und heute festlich zu inthronisierenden Kirchenfürsten befördert, und des Himmels Segen und Friede werden durch den neuen Hohenpriester den Erzdiozesanen gebracht werden und erhalten bleiben.

Gloria Deo! Pax hominibus! Das ist die lex suprema, das ist das Grundgesetz, ist das oberste Pastoralprinzip jedes katholischen Bischofs.

Aber, was erhebt diesen Tag zu einem besonderen Fest- und Subeltage für die allehrwürdige Erzdiozese und für die ganze große Kirchenprovinz von Salzburg? Ihr, meine Andächtigen, wisset es alle und traget die Antwort im Herzen. Und dennoch höret Ihr mit frommer Freude, wenn ich Euren Gefühlen Ausdruck leihe, ihnen das Wort lasse. Ja, Ihr erwartet heute nichts anderes und wünschet nichts anderes. Das Sonntagsevangelium von der Auslegung und Erfüllung des fünften Gebotes laßet Ihr Euch gern verdrängen durch alles das, was der heutige Ehren- und Freudentag zu Euch redet. Auf daß wir seine beredte Sprache recht verstehen, schauen wir mit geistigen Blicken um einige Monate zurück.

Nach dem Aschermittwoche mit dem Trauerrufe: Gedenke, o Mensch, daß du Staub bist und wieder zum Staub zurückkehren wirst: am Dienstag nach dem ersten Fastensonntage, den 3. März laufenden Jahres, trugen wir den kenntnisreichen und tieffrommen Kardinal-Fürsterbischof Dr. Johannes Bapt. Katschthaler unter Tränen und Seufzern zu Grabe und betteten seinen Leichnam dort im Seitenschiffe des Riesendoms zur zeitlichen Ruhe. Hiemit war die ehrwürdige Erzdiozese verwaist. Aber der Bischof und Hirte unserer Seelen, wie St. Petrus unseren Herrn und Heiland Jesus Christus nennt, wurde durch Gebete und Bitten bestürmt, auf daß er alsbald einen neuen Bischof und Hirten seiner Herde gäbe. Und am geschichtlich denkwürdigen 2. April d. J. zog das hochwürdigste Metropolitankapitel durch diese heiligen Hallen hin zum Hauptaltar, bereitete sich durch ein feierliches Hochamt, durch den Empfang der heiligen Kommunion — o gesegnete Sitte — und durch die Anrufung des Heiligen Geistes würdig vor für die Bornahme der hochwichtigen Wahl eines neuen Fürsterzbischofs und Metropolitan von Salzburg. Sodann begaben sich die Wahlberechtigten in die allehrwürdige St. Ruper-

lus Kapelle, die schon so viele geschichtliche Akte gesehen, und alsbald ward das glückliche Wahlergebnis verkündet, das da das Lob der Wahlherren bildet und das Lob des Erwählten ausmacht. Es erkönte vorerst in dieser gewaltigen Kathedrale und alsdann in der wunderherrlichen Landeshauptstadt am Salzachstrande der wohlklingende Name: Balthasar Kaltner.

Ihr alle, meine Viellieben, kanntet und kennet den neuerwählten hochwürdigsten Kirchenfürsten, und was Wunder, daß eure Herzen voll frommer Rührung waren und eure Blicke in süßer Freude erstrahlten. Priester und Volk frohlockten und verrieten so die stille Beseligung in ihren Herzen. Diese aufrichtige Freude offenbarte sich im ganzen Kronlande, machte sich kund in der gesamten Kirchenprovinz und noch weit hinaus über deren Grenzen. Die Freudenbotschaft eilte nach der Welthauptstadt Rom und nach der Metropole unseres geliebten Osterreichs nach Wien, und der Neuerwählte wurde vom Papste und vom Kaiser bestätigt und bewillkommnet. Und heute sehen wir den Erkorenen in unserer Mitte, daß er von seinem erzbischöflichen Stuhle Besitz nehme, den Stab und den Ring des hl. Rupertus ergreife und sohin als Lehrer, Hohepriester und Oberhirt in der Erzdiözese mit Feuereifer wirke zur größeren und größten Ehre Gottes, ohne Ruh und Rast arbeite für das irdische und himmlische Heil der unsterblichen, mit dem kostbarsten Blute Jesu Christi erkaufen und erlösten Seelen.

Und darum liegt uns heute nichts näher als ein Blick auf den erhabenen Fürsten unserer Freude und unserer Hoffnung, und hernach ein Hinweis auf unsere Obliegenheiten seiner Amtswürde gegenüber. Es bietet sich alles so von selbst dar, und dennoch kann ich es kaum sagen, was ich gern sagen möchte — so bewegt und ergriffen, so beklommen und besangen fühle ich mich in meinem innersten Wesen. Helfet mir in diesem wehevollen Augenblicke mit dem stillen Gebete, auf daß ich mit meinen Worten nur die Glorie Gottes suche und das Seelenheil meiner mir liebwerthen Zuhörer befördere.

Soli Deo gloria! Hominibus vero pax et salus!

Teuerste im Herrn!

Siner nur ist es, dem wir immer und überall unsere Blicke zuwenden, dem unsere Herzen gehören, auf dem unser Glück und Heil ruht. Es ist jener, bei dessen Ankunft auf Erden die Engelscharen in des Himmels lichten Höhen jubelten: Gloria in excelsis Deo! Et in terra pax hominibus bonae voluntatis! Und bei dessen Leiden, Auferstehung und Himmelfahrt die Engel als Zeugen zugegen waren und bei dessen Wiederkunft sie ihn gleichfalls begleiten werden. Und dieser eine ist unser Herr und Heiland, unser Erlöser und Seligmacher, Jesus Christus. Aber weil wir ihm treu und unentwegt ergeben sind, deshalb sind wir auch seinem sichtbaren Stellvertreter auf Erden, dem römischen Papste, und den mit dem Papste in Einheit und Liebe verbundenen katholischen Bischöfen willig untertan. Kein Wunder, wenn Ihr, christliche Zuhörer, verlangt, einen Blick zu werfen in die Vergangenheit des Mannes, den der göttliche Meister zum Apostel der Erzdiözese gesendet, und dessen Gegenwart und Zukunft nunmehr dem Erzbistum angehören.

Balthasar Kaltner erblickte im sonnigen Goldegg in Pongau am 12. April 1844 als Sohn des hochangesehenen Grundbesitzers Balthasar Kaltner das Licht der Welt. Die schönen Lehren der frommen Mutter und das schöne Vorbild des edlen Vaters senkten sich tief in das Herz des Sohnes Balthasar und blieben eingesenkt. Als vorzüglich begabter und gemütsvoller Süngling beendete er seine Gymnasialstudien am hierortigen Knabenseminar Borromäum und am Benediktinergymnasium zu Meran mit bestem Erfolge. Seinen theologischen Studien oblag er im hiesigen Priesterhause und empfing am Feste der hl. Anna, der größten Heiligen des alten Bundes, den 26. Juli 1868, die heilige Priesterweihe. So hat ihn der ewige Hohepriester zu seinem Diener berufen, hat ihn berufen vor allem zu eurem Heile, geliebte Erzdiözesanen.

Denn in diesem Bistum wirkte der gottbegeisterte Priester Balthasar Kaltner sehr segensvoll in verschiedenen Stellungen, als Kooperator zu Mittersill und Gnigl, seit 1875 bis 1886 als Religionsprofessor an der Staatsoberschule in Salzburg, wobei er auch 1877 an der hiesigen k. k. theologischen Fakultät zum Doktor der heiligen Theologie promovierte. Von 1886 bis 1891 hatte der tüchtige Gelehrte die Lehrkanzel der Kirchengeschichte und des Kirchenrechtes an der Salzburger Teiluniversität inne. Als Professor genoß er nunmehriger Diözesanbischof den Ruf eines gewandten und beliebten akademischen Lehrers, als welcher er sich auch auf dem literarischen Gebiete hervortat. Schon als Realschulprofessor verfaßte Kaltner ein höchst praktisches Lehrbuch der Kirchengeschichte, das noch in mehreren Mittelschulen Österreichs als Lehrbuch dient. Später veröffentlichte der gewiegte Professor im bestbekanntesten Dr. Berings „Archiv für Kirchenrecht“ lehrreiche Abhandlungen über das landesfürstliche Patronat in Salzburg, über das Kongruagesetz, die Stolornung und viele andere instruktive Aufsätze.

Infolge dieser unermüdlchen und heilsamen Tätigkeit ernannte den geistesstarken und willenskräftigen Diener Gottes Seine Apostolische Majestät, unser geliebter Landesvater, im Jahre 1891 zum Domherrn des Salzburger Metropolitankapitels und verlieh ihm 1898 den Orden der eisernen Krone und später noch das Komturkreuz des Franz Josef-Ordens mit dem Sterne. In der vorletzten Sedisvakanz 1900 bekleidete Domkapitular Kaltner von der Wahl des neuen Erzbischofs Katschthaler bis zu dessen Amtsantritt das Amt des Kapitelvikars. Am 15. April 1901 ernannte den tatkräftigen Domherrn Seine Heiligkeit Papst Leo XIII. zum Bischof von Agathopolis, worauf er am 12. Mai desselben Jahres 1901 in Salzburg zum Bischof geweiht ward und sodann als Weihbischof den verewigten Kardinal-Fürsterzbischof durch Rat und Tat kräftigst unterstützte. Am 14. Juli 1904 erstieg Bischof Kaltner die höchste, so wichtige Würde im Metropolitankapitel von Salzburg, er wurde dessen Dompropst.

So schulte die göttliche Vorsehung ihren Mann und bereitete ihn zu immer höheren Würden und schwereren Bürden vor. Im Herbst des Jahres 1910 wurde der hochwürdigste Weihbischof, der noch inzwischen zum Thronassistenten Seiner Heiligkeit und römischen Grafen erhoben ward, vom seligen Kardinal-Fürsterzbischof Dr. Joh. Bapt. Katschthaler unerwartet auf den all-ehrwürdigen Bischofsstuhl von Gurk berufen. Der Berufene beugte in Gehorsam sein Haupt, verließ die Diözese, die ihn liebte und soviel des Segens von ihm erfuhr; verließ diesen herrlichen Dom mit den Gräbern seiner väterlichen Freunde, verließ die Stadt, wo ihn als den einstigen verdienstreichen Gemeinderat Tausende im Herzen trugen, verließ das teure Heimatland, verließ alles, was ihm lieb und teuer war, um das von ihm verlangte Opfer dem Höchsten willigst darzubringen. Getrost zog er in Christo hin in das schöne Kärntnerland und ergriff den schweren Hirtenstab am 20. November 1910 und führte ihn, mit der Kraft von oben gestärkt, mit Mut und Segen. Der neue Gurker Fürstbischof war in solcher Zeit einer solchen Aufgabe vollends gewachsen. Durch sein zielbewußtes, planvolles und opferreiches Walten und Wirken erwarb er sich die Hochschätzung, Verehrung und Liebe aller gutgesinnten Diözesanen — der Priester und des Volkes. Welcher Beliebtheit und Volkstümlichkeit sich der 61. Gurker Bischof Balthasar I. erfreute, bewies die Abschiedsfeier in Klagenfurt am 27. Juni, dann am 29. Juni und am 4. Juli 1914.

Und nachdem das verlangte Opfer vollbracht, ja herrlich vollbracht worden war, kehrte der Ersehnte zurück in die Diözese seiner Geburt, in die schöne Stadt seiner einstmaligen Wirksamkeit, in den Garten Gottes, den er eifrig bebaut. O, wie unbegreiflich sind Gottes Gerichte, und wie unerforschlich seine Wege! Denn wer hat den Sinn des Herrn erkannt? Oder wer ist sein Ratgeber gewesen? Oder wer hat ihm zuerst etwas gegeben, daß es ihm wieder vergolten werde? *Ipsi gloria in saecula!* Ihm sei Ehre in Ewigkeit! (Rom. 11, 33—36).

Hier unter uns herrscht Freude ob der Ankunft des neuen Oberhirten, dort im Kärntnerlande ist nebst des Schmerzes um einen der edelsten Sprossen des Hauses Habsburg noch die Trauer eingezogen ob des bitteren Abschiedes. Gestern drängten sich Greise und Kinder, Männer und Frauen, die Mütter mit ihren Kindlein dem Abreisenden entgegen, damit er sie zum Abschiede noch segne. Und der Scheidende erquickte sie alle mit väterlichem Worte und Segen. Und beim Betreten des Salzburger Kronlandes jubelte und jauchzte alles dem Unkommenden entgegen. Der Reisezug von Klagenfurt bis Salzburg glich einem Kreuzzuge, den einerseits Wehmut und tiefe Ergriffenheit begleiteten, und in dem anderseits Trost und Triumph, Erhebung und Begeisterung einherschritten. Gloria in altissimis Deo! Et in terra pax hominibus!

Geliebteste im Herrn!

In schwierigen Zeitverhältnissen tritt der hochwürdigste Oberhirt sein Amt an. Ein unseliger Weltgeist ist allenthalben eingedrungen. Er muß mit steter Arbeit verdrängt werden. Es wird ja zum Abfall von Papst und Kirche aufgerufen. Es werden der Glaube und die religiösen Einrichtungen geringgeschätzt und angegriffen. Den Ungehorsam gegen die Kirche stempelt man zur Tugend, die kirchliche Treue wird verfolgt. Und in diesen gefährvollen, sturmbewegten Zeiten habt Ihr, liebe Erzdiözesanen, wieder einen weisheitsvollen, zielbewußten, tat- und tugendkräftigen Führer, habt in den Prüfungen einen lichten Leitstern, in den Anfechtungen einen festen Hort und Halt, in den Leiden einen liebevollen und opferbereiten Tröster. Im Hinblick auf solchen Gewinn rufet Ihr aus dem Grunde des Herzens: Gloria Deo!

Doch, auch Ihr, teuerste Erzdiözesanen, habet große Pflichten gegenüber Eurem obersten Lehrer, gegenüber Eurem Hohenpriester und Oberhirten zu erfüllen.

Heil und Segen, Friede und Freude Euch, wenn Ihr vor allem Liebe, treue und aufrichtige Liebe dem Euch von Gott gesendeten Bischof

entgegenbringet! Das ist jene Liebe, von der der gotterleuchtete Völkerapostel Paulus ein Loblied gesungen, wie nie schöner jemand vor ihm und nie hehrer und erhabener nach ihm. O wie viel mehr Eintracht, Segen und Zufriedenheit würde es unter den Völkern Osterreich-Ungarns geben, wenn sich alle nach diesem paulinischen Liebesliede richteten! „Wenn ich die Sprache der Menschen und Engel redete, aber die Liebe nicht hätte, so wäre ich wie ein tönendes Erz oder eine klingende Schelle. — Und wenn ich die Gabe der Weisung hätte und wüßte alle Geheimnisse und besäße alle Wissenschaft, und wenn ich alle Glaubenskraft hätte, so daß ich Berge versetzen könnte, hätte aber die Liebe nicht, so wäre ich nichts. — Und wenn ich alle meine Güter zur Speisung der Armen austeilte, und wenn ich meinen Leib dem brennendsten Schmerze hingäbe, hätte aber die Liebe nicht, so nützte es mir nichts. — Die Liebe ist geduldig, ist gütig; die Liebe beneidet nicht, sie handelt nicht unbescheiden, sie ist nicht aufgeblasen. — Sie ist nicht ehrgeizig, ist nicht selbstüchtig, sie läßt sich nicht erbittern, sie denkt nichts Urges. — Sie freut sich nicht der Unge rechtigkeit, hat aber Freude an der Wahrheit. — Sie erträgt alles, sie glaubt alles, sie hofft alles, sie duldet alles. — Die Liebe hört nie auf — caritas numquam excidit. — Jetzt aber bleiben Glaube, Hoffnung und Liebe, diese drei, aber das Größte darunter ist die Liebe“. (I. Cor. 13, 1—8. 13).

Und diese Liebe beseelt und wird beseelen die katholischen Erzdiözesanen zu ihrem Diözesanbischof. Dies beweist die Freude, mit der sie seine Wahl aufgenommen, der Empfang, den sie Hochdemselben in ihrem Herzen und in der Stadt bereitet, die Beseligung, mit der sie den Angekommenen willkommen heißen und gepriesen. Dadurch haben sich die Erzdiözesanen, Priester und Volk, selbst geehrt, und der göttliche Herr und Heiland wird dazu seinen Segen geben. Pax vobis! Omni benedictione coelesti et gratia repleamini! Friede Euch! Werdet mit allem himmlischen Segen und jeglicher Gnade erfüllt für die kindliche Liebe zum geistlichen Vater der Diözese!

Weiters seid Ihr, geliebte Erzbistums-Bewohner, Eurem heute inthronisierten Oberhirten kindlichen Gehorsam schuldig. Einer nur ist Euer Meister, Jesus Christus. Eine nur ist Eure Mutter, die heilige, katholische Kirche. Und eine ist Eure Wahrheit, das Evangelium. Aber Euch zu Jesus führen, Euch in der Kirche leiten, Euch in der Lehre des Evangeliums erhalten, dazu ist der neue Oberhirt bestellt. Die Ehre Gottes unter Euch erhöhen und Euer Seelenheil befördern, dazu ist er da. Aber Ihr müsst Euch lenken und leiten lassen. Von Eurem freien und frommen Gehorsam wird es abhängen, daß Euch alles zum Besten gereiche. Pax vobis!

Indes, meine Lieben, aus uns und durch uns vermögen wir nichts, auch nicht das Kleinste und Mindeste. Von oben kommt jede gute und vollkommene Gabe, vom Vater der Lichter. Aber das, was uns den Tau der himmlischen Gnade herabholt, das ist die Weihrauchwolke des Gebetes. Das Gebet ist das Tor und der Eingang zu den Gnaden Gottes. Wenn diese Tür verschlossen ist, so weiß ich nicht, auf welchem Wege Gott dem Menschen seine Gnade schicken könne. O Macht des Gebetes! Betend hat Moses seine Feinde überwunden. Betend hat Jesus sein Erlösungswerk begonnen und vollendet. Betend haben die Apostel ihre Riesenaufgabe vollbracht. Betend haben die Märtyrer in ihrem Blutkampfe gesiegt. Betend haben sich die Heiligen zu der Höhe der Vollkommenheit emporgerungen, zu welcher wir ihnen nachstreben sollen.

Ergreifet, meine Lieben, die Waffe, mit der Ihr alle siegreich kämpfen, mit der Ihr alle dem Oberhirten in seinen heiligen Arbeiten zu Hilfe kommen könnet — es ist das Gebet, diese beste Waffe, die sogar Gott überwindet, dieweil sie ihn barmherzig macht. Werdet Ihr beharrlich recht beten, dann wird der heutige Tag der Anfang eines Heiles werden, dessen Segnungen nie enden werden.

So erhebet denn alle, das allzeit getreue Metropolitankapitel, das sich durch die Wahl ein bleibendes Ehrendenkmal gesetzt, die stets feuer-eifrige Priesterschaft, die da ruft: Quocumque

perrexeris, pergam; et ubi moratus fueris, et ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, et Deus tuus, Deus meus. Wo du immer hingehst, gehe ich hin; und wo du bleibst bleibe auch ich. Dein Volk ist mein Volk, und dein Gott ist mein Gott (Ruth 1, 16); erhebet alle, Schäslein und Lämmlein, Eure Blicke zum Oberhirten und bringet ihm ein Herz der Liebe, der Ehrfurcht, des gemeinsamen Gebetes entgegen! Er wird stehen und Euch leiten in Kraft des Herrn, in der Hoheit seines Namens. Eure Liebe wird ihm die Hirtenlast erleichtern, der Gehorsam die Wege ebnen, das Gebet die erquickliche Kühlung in heißem Kampfe von oben herabrufen. Möge Gott der Herr zum ernstest Wollen das redliche Vollbringen geben und gewähren!

Im Herrn andächtig Versammelte!

Wls kanonisch ältester Bischof der Salzburger Kirchenprovinz bringe ich am Schlusse meiner schlichten Ansprache die innigsten Glück- und Segenswünsche allen dar, die an der heutigen erhebenden Festfeier Anteil haben oder Anteil nehmen.

O ewiger Hoherpriester, segne deinen Statthalter auf Erden, unseren Heiligen Vater Papst Pius X., den Subelpriester und Subelbischof, auf daß er alles in dir erneuere!

Segne, o Herr, Seine Eminenz den Hochwürdigsten Herrn Kardinal-Erzbischof von München, Dr. Franziskus von Bettinger, hochwelcher zu unserer großen Freude als Kommissär des Apostolischen Stuhles das Pontifikalamt zelebrieren und das Pallium dem hochwürdigsten Herrn Fürsterzbischof übergeben wird!

Dem heute mit dem Pallium zu belehnenden und zu bekleidenden hochwürdigsten Herrn Metropolitene gebe Gott eine recht glückliche, gnadenvolle Regierungszeit! Wenn möglich, sei um sein Salzburger Pedum die Palme des Friedens geschlungen und gewunden. Nach hochseinem Wahlsprüche Patientia et consilio, mit Geduld und Überlegung arbeite er mit nie er-

lahmendem Eifer für das wahre Wohl der Erzdiözesanen. Er führe und setze mutig fort das große Werk der Gründung einer katholischen Universität — und vollende es glücklich, wenn es Gottes hochheiliger Wille ist! Bei diesem für Kirche und Vaterland, für Wissenschaft und Kunst überaus wichtigen Unternehmen gibt es nicht mehr ein Zurück, sondern nur ein Vorwärts, ein unaufhaltbares Vorwärts.

O göttlicher Herr und Heiland, segne reichlichst alle die anwesenden Hochwürdigsten Herren Bischöfe, Prälaten, Stiftsäbte, Domherren, Seelsorger, den gesamten Welt- und Ordensklerus! Die Gläubigen mögen sich des Rates, der Arbeit und der Liebe ihrer gegenwärtigen Seelshirten noch lange, lange erfreuen!

Allmächtiger und allgütiger Gott, erhalte und beschütze Seine kaiserl. und königl. Apostolische Majestät, unseren treu geliebten Jubelmonarchen Franz Joseph I., den gefeierten Weltfriedensfürsten! Schütze und schirme das gesamte allerhöchste Herrscherhaus, damit es fortklühe bis an das Zeitenende, auf daß die Kirche Gottes und wir alle, die wir uns mit wärmstem Danke zu Gott Kinder des wunderbar herrlichen österreichischen Vaterlandes nennen, uns immerdar seines mächtigen und wohlthätigen Schutzes zu erfreuen haben!

Der Himmel segne heute und allezeit die hohen Vertreter der Zivil- und Militärbehörden, zumal den hochverehrten Herrn k. k. Landespräsidenten Felix von Schmitt-Gasteiger, Seine Erzellenz den Herren Landeshauptmann Msgr. Alois Winkler, den Herrn Bürgermeister

der Landeshauptstadt, den Herrn kommandierenden General und alle anwesenden Honoratioren von Stadt und Land!

Herr Jesus Christus, segne auch mich Armen, damit ich zu deiner Glorie und zur Wohlfahrt der Zuhörer das Werk vollbringe, das du mir anvertraut hast. (Ioan. 17, 4).

Ja, der von dem neuen Oberhirten am Schlusse der erhabenen Kirchenfeier zum ersten Male zu erteilende Pontifikalsegen erfülle diese heiligen Hallen und ströme durch die Dompforten hinaus und hinein in die Häuser der Stadt und des Landes; und er umgebe alle Diözesanen, wie sie die Luft umgibt, nötig zum Leben!

Noch einen letzten, aber allersehnllichsten Wunsch äußere ich. So, wie heute, werden wir uns in diesem prachtvollen Münster, dem Himmel auf Erden und der Pforte zu den ewigen Pforten, nicht mehr versammeln. O, daß wir uns doch alle wiedersehen und versammeln auf der rechten Seite des ewigen Richters und daß wir von ihm den ewig beseligenden Urteilspruch vernehmen: Kommet, ihr Gesegneten meines Vaters! Nehmet das Reich in Besitz, das euch bereitet ist seit Grundlegung der Welt! (Matth. 25, 34). Und daß wir sodann, wie wir in festlicher Prozession heute in diesen Erzdom gezogen sind, mit den Erwählten einziehen in das himmlische Jerusalem!

In dieser Gesinnung und Stimmung schließe ich, wie ich begonnen: Gloria in altissimis Deo! Et in terra pax hominibus bonae voluntatis! Amen. Es geschehe!

62.

Diözesan-Nachrichten.

Ernennungen. Anlässlich der feierlichen Konsekration der Maria Lourdes-Kirche in Reichenburg am 2. Juli 1914 wurden ernannt: Titl. Herr Geistl. Rat und Pfarrer in Reichenburg, Josef Cerjak, zum

fürstbischöflichen Konsistorialrat und Herr Josef Mesicek, Stadtpfarrer in Rann und Dechant des Dekanates Widem, zum fürstbischöflichen Geistlichen Rat.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 26. Juli 1914.

† **Michael,**
Fürstbischöf.